A Assyrijs esse dicta,& nō de temporibus euangelij.Nā ecce postquam interpretatus est D.Paulus & omnes sancti hunc locum de euangelio,audent Vatablus & Pagninus & alij,sua tralatione hæc,ad vastitatem Assyriorum referre,& aliter interpretari quàm D.Paulus,& omnes sancti patres.Refellenda tamen Iudæorum sententia est, ne ea occasione quidam ruant ad Iudaismum,& quidam audeant contra D.Paulum scripturam interpretari, qua de re paulò pòst dicendum erit latiùs.

Defendun tur Origenes & Ambros.aduersus Erasmū

Erasmus,nescio cur suspectos faciat Orig.& Ambros.quasi in hoc loco Pauli ignorauerint ita dictum esse, Verbum consummans, vt consummans nominandi casu esset,verbum verò casu accusandi, vt esset sensus: Dominus consummaturus est, & breuiaturus verbum.i.sermonē euangelicum,cùm nulla aut in Ambros.aut in Orig.sit talis suspicio, nam AMBR. interpretās hunc locum Pauli inquit: Saluari reliquias promittit per verbum quod iustè definiens abbreuiabit Dominus super terram. In præfatione verò in epist. Pauli ad Galat. Verbum consummans,intellexit,vt esset,consummans.i.finiens: verbum.i.legem. Subijcit enim:Si hæc intelligerent Iudæi,à lege recederent,scientes,à prædicatione Ioannis Baptistæ legem cessare, vt sola fides,quę ex dilectione operatur,sufficiat ad salutē, abbreuiata ex lege: quo loco sic intellexit hęc verba Ambr.consummans sermonē siue verbū, finem imponens sermoni siue legi: & breuians,redigens in breuitatē euangelij, vt TERTVL.etiam aduers.Marc.li.4. Verbū, Consummans (inquit)præceptorū fecit grande compendium. & ORIG.in hunc locum, Verbum breuiatū(inquit)faciet Dn̄s super terram: vbi planè scribit Orig.Dominus faciet verbū: quasi quicquā intersit vtrum dicas, Dn̄s consummabit verbum,& breuiabit: an, Dn̄s faciet verbum breuiatum,& consummatum, vt dictum est. AVGVST.magis erat accusandus,qui vtrunq; hoc, verbum consummans,non casu accusandi,vt putat Erasmus, sed nominādi casu esse censet,verbum consummans,& breuians.i.verbum quod consummatos facit,&compendio fidei saluos facit credentes. Et CYPR. Aduersus Iudæos lib.1. Verbum consummans,& breuians in iustitia, Christum esse putat. Et sermone de oratione Dominica, Verbum (inquit) con-

Castigatur lectio Lxx virorum.

summans,& breuians, dominus noster Iesus Christus est, qui omnibus venit Dei sermo. Hos accusa Erasme,quòd vtrunque nominandi casu protulerint,non accusandi. Et ANACL. epistola [illegible], decretal.tom.1. [illegible] hunc locum nouo quodam modo interpretatur, vt, Verbum C

[illegible] Patre, sed angelis [illegible]
sed susceptæ carnis dispe[illegible] in qua dispensatione nos solum Patre, sed angelis [illegible]
ratum appellat. Sed caue, ne sanctis patribus cupiens illidere dentem offendas soldo. Nam hi
patres ita interpretantur, vt D.Hieron. cuius tralatio tota nominandi casu est, Consummatio
abbreuiata inundabit iustitiam. Sed vt hoc planum fiat, notandum est deesse in tralatione
Lxx virorum, verbum vnum quod reponendum est ex lectione Hebræa, legendumque, Ver-
Erasmi lapsus. bum consummans, & breuians, exuberans iustitia. Hebraicè enim est שׁוֹטֵף, inundans, exube-
rans, vt sit. Verbum consummans, & abbreuiatum, exuberans iustitia: vndè intelliges, diuini-
tùs hunc locum explanatum ab August. & Cypriano, pro Christo, qui verbum patris est, con-
summans, & perficiens legem, & breuians eam: quia finis, & terminus legis est, & omnes solen
nitates, & ceremoniæ typi eius fuerint, vt Christus fuerit recapitulatio, quod inquit IREN. &
abbreuiatus sermo omnium sacrificiorum, omnium cęremoniarum, exuberans gratia.i.plenũ
gratiæ & veritatis: quæ eadem est interpretatio tralationis D.Hieron. Christus enim est con-
summatio legis abbreuiata, qui est terminus & veritas omnium figurarum veteris legis: inun- D
dabit iustitiam.i.plenus erit gratiæ, vt de plenitudine eius omnes accipiamus. Sed quęrendum
videtur, cur D.Paulus hoc verbum non posuerit, cùm tantam habeat emphasim, Verbum con
summans, & breuians iustitia exuberans.i. qui gratiam non accepit ad mensuram. Diximus su
Dubium prà, apostolos & euangelistas, cùm citãt loca scripturę citare necessaria, omittere media (quod
Mos Apostolorum. sæpè rependum est, & exemplis confirmandum) cùm duo sunt verba obscura, alterum verte-
re, alterum omittere, quòd ei loco de quo agitur non conueniret, & interpretari alibi. Hoc igi
tur verbum Hebræum, significat plenitudinem gratiæ Christi, de qua non agebatur hoc loco.
Nam ita ferè citant apostoli loca scripturæ, vt ea interpretentur, sed de hac re, inquam, posteà
dicendum est latiùs.

Sed quid iuuat hoc, ecce è transuerso sese fert Vatablus, quasi dicens nihil tale significat, sed
quod Dominus vult perdere Iudæos, idque iusto iudicio: accedit huic socius Pagninus, qui ad
præscriptum R.Dauid in libro Radicum, hunc locum interpretatur, vt eius tralatio præferat
sensum

nes prop[...]arum : impleuit enim Dominus prophetias,& legem, [...] breuians ipsum, iu[...] a[...]di verbum prophetarum,& legis prolixitatem, quod ad compendium redegit legẽ, & prophetas,dicens ex duobus mandatis pendere legem,& prophetas,& vno præcepto legis naturalis, concludens omnia præcepta legis. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, eadem vos facite ipsis : in iustitia, ad iustificandos homines. CYRIL. Lex,inquit, Mosis, longa circuitione vtitur,& multis ambagibus, ænigmatis, vmbris, typis, euangelicus sermo breuis concisus. EVSEB. Hæc,quæ dixerat, inquit, de vastitate Iudææ his verbis docet complenda, quando ipse Dominus impleuerit omnia, quæ sunt prædicta in lege veteri, & breuians legis veteris præcepta, sermonem fecerit breuem. Quibus verbis perspicuè euangelij prædicatio præsignificatur,breuis enim sermo euangelij est,omnia quæ in veteri lege sunt breui sermone complexus. AVGVS. tom.4. ad Simplicianum lib.1. quæst.2. Verbum consummans, & breuians. i. compendio fidei saluos faciens credenteis,non per innumerabileis obseruationes,quibus illa
D gens fuit onerata. Et tom.9. de disciplina Christiana,lib.1. Verbum consummans,& breuians, quia consummauit euangelium,& breuiauit, & voluit apertũ esse & breue,breue ne nõ vacaret legere : apertum,ne non liceret intelligere. Et tom.10. serm. de Epiphania, Consummauit verbum,duobus præceptis dilectionis: breuiauit legem,& prophetas,euangelio. D. CYPR. in expositione symboli : Breuians, redigens in breuitatem euangelij. Tralatio D. Hieron. sic explanabitur: Consummatio. i. perfectio legis, abbreuiata. i. redacta in breue euangelij compendium,inũdabit. i. plenam reddet iustitiam, hoc est,iustificabit credenteis,& gratia Spiritus sancti complebit, vt sit sensus, Vastabitur Iudæa,& reliquiæ saluæ fient, quando redigetur in compendium lex vetus,& prędicabitur euangelium,& lex noua,quę est lex gratiæ.

Non temerè visus sum mihi tundere,cùm semel dixisse, fuisset satis, cùm refellebã sententiam Hebræorum,quam plerique ex nostris sequuntur, qua putabant hoc capite captiuitatẽ decem tribuum prędici,& bella Assyria,quod dicebam,si hoc Iudęis largiremur, nisi hæc D. Paulus esset interpretatus facilè Iudæos,cuilibet arbitro probaturos suam sententiam,hæc de Assyrijs

[...] dũt ad verbum scripturam.

QVADRATI GEOMETRICI VSVS,

GEOMETRICIS DEMONSTRATIONIBUS illustratus.

Per Ioannem Demerlierium professorem Regium.

Berzosa.
Mela....
Hermolaus..
Pintianus..
Schottus..
Ortelius..




PARISIIS,

Apud Ægidium Gorbinum, ſub inſigni Spei, è regione collegij Cameracenſis.

M. D. LXXIX.

ÆQuore diffuſo turris circundata menſor
En procul, & pediti denegat vnda vadum.
En montes celſi ferientes vertice cælum.
Flumina lata vides: mœnia longa vides.
Foſſa profunda patet, ſtat longè in littore quercus,
Et variis cernis ſtagna refuſa locis.
Stant arces mole ingenti, circumfluit vnda.
Metiri iſta rogo qua ratione potes?
Nec pes, nec paſſus, radius, nec pertica proſunt,
Nec iuuat in longum tendere funiculum.
Hæc te Quadratum mira ſtructum arte docebit,
Aptes ſi lateri cum ratione latus.



GEOMETRA etsi magnitudinem cogitatione abductam, & ab his rebus, quæ sub sensum cadunt separatam contemplatur, interdum tamē eam ad sensum traducit, eiúsque externam dimensionem inquirit: nō tam vt in ea aliquid ipse efficiat, manúmque suam ad opus adhibeat, quàm vt alienam in opere efficiendo suo imperio regat.

Magnitudinum prima, linea est, cuius quantitas etsi variis instrumentis quæritur, nullum tamen ad eam rem Quadrato geometrico accommodatius reperitur.

Est autem Quadratum geometricum, instrumētum ex quatuor regulis æqualibus, quæ per extrema ad angulos rectos coniūguntur, & altera mobili diagonio æquali, aut etiam longiore superpositis duabus tabellis perforatis fabrefactum. Cuius fabrica, ex quarta propositione libri sexti elementorum Euclidis depromitur, quæ est, Æquiangulorū triangulorum latera, quæ sunt circum æquales angulos inter se sunt proportionalia. Cum enim propositæ lineæ, aut lōgitudinis cuius quātitas cognoscenda est, extremum punctum per tabellarum ri-

mulas intuemur, duo triangula æquiangula, vt ex prima parte vigesimæ nonæ propositionis libri primi elementorum Euclidis, & quarta positione eiusdem intelligi potest, discribuntur; quorum quatuor latera, quæ sunt circum æquales angulos sint inter se proportionalia. Si itaque tria nobis cognita sunt, quarti, nimirum longitudinis propositæ quantitatē per regulam trium cognoscemus, si tertium in secundum ducamus, & productum per primum diuidamus.

Et vt prædictorum laterum ratio facilius intelligi possit, duæ regulæ Quadrati super quas ea, quæ mobilis est liberè voluitur, in certas partes easque æquales diuiduntur, & quo plures diuisiones excipient, eo Quadratum exactius erit: regula autē mobilis, quia non cadit in comparationem cum lateribus triangulorum non diuiditur, sed radium aspectus tantum dirigere dicitur.

Ex supradictis autem regulis, vna vmbra recta, altera versa appellatur: quod factum esse videtur, propter terminorum primæ rationis cōuersionem, quę fit cùm radius aspectus, qui per tabellarum rimulas defertur, modò hanc, modò illam regulam secat.

Vmbra recta est, quæ à corpore super finientis orbis superficiem ad perpēdiculum erecto proiicitur, qualis est vmbra turris.

Vmbra versa est, quam corpus superficiei finitoris parallelum proiicit, qualis est vmbra stili in ho-


rario cylindrico. versa autem dicitur, non tantùm quòd diuerso modo sita sit ac recta, sed quòd ad suum corpus eam rationem habeat, quàm corpus ad suam vmbram rectam.

Et quia in dimetiendis rectis lineis cogimur interdum duas stationes facere, in quibus accidit, vt in priore partes tactæ ad vmbram rectam pertineant, in remotiore ad versam: & vt faciliùs operemur, partes vnius vmbræ, ad partes alterius reducere necesse est, modum reducēdarum partium vnius vmbræ ad partes alterius explicabimus, cúmque demonstrabimus.

Modus reducendi partes vmbræ versæ ad partes vmbræ rectæ.

Partes vmbræ versæ ad partes vmbræ rectæ reducētur, si latus Quadrati in se ducatur, & productum per partes vmbræ versæ diuidatur: numerus enim quotus partes vmbræ rectæ dabit. Cui⁹ rei ratio petitur ex vigesima nona propositione libri primi elemētorū Euclidis, quarta & decimasept. libri sexti. Sit itaq; Quadratū a b c d, cuius lat⁹ a, d, referat corpus ad perpēdiculū supra finitoris superficiē erectū, latus verò d c, vmbram rectam, & latus c b, vmbrā versam, quam secet radius a e, in puncto e, producātúrque lineæ a e, & d c, quousque concurrant, vt in puncto f, linea d f, referet vmbram rectam corporis erecti d a: nā cum triangula a b e, & a, d, f, per quartam petitionem, & vigesimam nonam propositionem libri primi elementorum Euclidis sint æquian-


gula, latera e b, b a, a d, & d f, erunt inter se proportionalia, per quartam propositionem libri sexti elementorum, vtque e b, est ad b a, sic a d, ad d f. eruntque tres lineæ e b, b a, & d f, proportionales: quamobrem quadratum ex a b, descriptum æquale erit rectangulo, quod sub e b, & d f, continetur, per decimam sept. propos. libri sexti: quæ est, Si tres lineæ proportionales fuerint, rectangulũ sub extremis comprehensum æquale est ei Quadrato, quod à media describitur. Si igitur Quadratum ex a b, descriptum per partes tactas vmbræ versæ b e, diuidatur, numerus quotus partes vmbræ rectæ d f, dabit.



Modus reducendi partes vmbræ rectæ ad partes vmbræ versæ.

Partes vmbræ rectæ ad partes vmbrę versæ reducẽtur, si latus Quadrati in se ducatur, & productum

per partes vmbræ rectæ diuidatur: numerus enim quotus partes vmbræ versę dabit. Sit igitur Quadratum a b c d, cuius vmbra recta d c, per radium a g, secetur in puncto g, producantúrque a g, & b c, quousque concurrant vt in puncto h, describentur vt prius, duo triangula æquiangula a d g, & a b h, & idcirco latera g d, d a, a b, & b h, erunt inter se proportionalia: necnó g d, d a, & b h: quamobrem Quadratum ex d a, descriptum ęquale erit rectangulo, quod sub g d, & b h, cótinetur. Si igitur Quadratum ex latere d a, descriptum per partes vmbræ rectæ d g, diuidatur, numerus quotus partes vmbræ versæ b h, dabit.



Sunt qui lateribus Quadrati regulam in formam arcus inflexam aptant, quæ circuli quartam partem comprehendit, eámque in 90. partes, quas astronomi gradus appellant diuidunt, per quam solis altitudo supra finitorem accipitur.

Lineæ rectæ, quibus metiendis Quadratum commodissimum est, aut in plano extensæ, aut ad perpẽdiculum erectæ, quas altitudines vocant, aut in profundum depressæ intelliguntur.


De dimensione rectarum linearum in plano, quas longitudines vocant.

Cùm longitudinum metiendarum ratio per Quadratum geometricum multiplex sit, eam primo loco explicabimus, quæ vulgaris est, paruísque longitudinibus tantùm accommodatur, postea alias subiiciemus, quibus etiam quantumuis magnas metiemur.

Sit igitur longitudo proposita e f, in plano, cuius quantitas cognoscenda est. Erige Quadratum a b c d, supra punctum e, ad perpendiculum, ita vt eius latus inferius sit propositæ longitudini parallelum, positóque oculo in b, attolle & deprime regulam mobilem quousque alterum longitudinis extremũ per tabellarum rimulas intueri possis, nota postea partes tactas c i, quæ cùm ad vmbram versam pertineant, quam rationem habent ad latus quadrati b c, eandem habebit altitudo mẽsoris e b, hoc est inter-

ual-

uallum inter planum & eius oculum interceptum, ad lineam, aut longitudinem propositam e f: sunt enim duo triangula b c i, & b e f, æquiangula: quoniã angulus c b i, çqualis est angulo e f b, per primã partẽ vigesimæ nonæ propos. libri primi, quæ est, Si duas rectas lineas recta secet, angulos alternos inter se æquales efficiet: sunt enim lineæ b c & e f, paralellæ, quas b f, recta secat. eadémque ratione angulus c i b, æqualis erit angulo e b f, præterea reliquus reliquo per quartam petitionem libri primi Elementorum: vterque enim rectus est, & omnes anguli recti inter se sunt æquales. Æquiangulorum autem triangulorum cùm latera, quæ sunt circum æquales angulos, sint inter se proportionalia, per quartam propos. libri sexti, vt est latus c i, vnius trianguli, ad latus b c, eiusdem trianguli, ita latus b e, alterius trianguli, ad longitudinem propositam e f. Sit igitur c i, partium 40. qualium totum latus b c, est 60. in tot enim partes latera quadrati vt plurimùm diuidi solent, quoniam 40. ad 60. sunt in ratione subsesquialtera, in eadem ratione erit altitudo mensoris e b, ad longitudinem propositam e f: quare si illa sit 8. pedum, longitudo proposita erit 12. quod facilè per regulam trium cognosces, si altitudinem mẽsoris in latus Quadrati duxeris, & productum per partes tactas diuiseris: numerus enim quotus longitudinis propositæ quantitatem dabit.



Si autem partes tactæ, ſint vmbræ rectæ quod interdum accidit, cùm è ſublimi & excelſo loco longitudinem in plano metimur: quia tum latus Quadrati eſt ad partes tactas, vt altitudo menſoris ad lõgitudinem propoſitã: duc partes tactas in menſoris altitudinem, & productum diuide per latus Quadrati, numerus quotus lõgitudinis quãtitatẽ dabit.

Quod ſi regula mobilis inter duas vmbras cadat, longitudo, menſoris altitudini æqualis erit.


Alia ratio metiendi longitudinem in plano.

Erige ita Quadratum vt eius facies ſuperficiei finitoris opponatur, extendéque regulam mobilem ſuper vnum latus, cuius anteriorem partem deprimes, quoad extremum longitudinis propoſitæ in

plano per tabellarum rimulas videre possis. postea ad latus recta secede, erectóque, vt prius, Quadrato regulá circumferas, quoad radius aspectus, qui per rimulas defertur, conspectum prius extremum cótingat: nota partes tactas, quæ si ad vmbram versam pertineant, duc interuallum vtraque statione comprehensum in latus Quadrati, productúmque per partes tactas diuide. Si verò sint vmbræ rectæ, quia termini primæ rationis conuertuntur, duc interuallum in partes tactas, & productum per latus Quadrati diuide, numerus quotus lineæ visus prioris obseruationis quantitatem dabit: cuius & interualli inter planum & oculú mésoris interiecti, si Quadrata accipias, minúsque à maiore subducas, radix Quadrata propositæ longitudinis quantitaté dabit.

Sit proposita longitudo a b, cuius quantitatem cognoscere oporteat. Erige quadratum supra punctum a, vt dictum est, regulámque mobilem super vnum latus extende, & eius partem anteriorem deprime, quousque extremum longitudinis in puncto b, per rimulas videre possis, linea c b, erit radius aspectus, cuius quantitas cognoscenda est, vt quod queritur habeas. deinde recta secede vsque ad punctum d, supra quod Quadratum erige, atque posito oculo in e, attolle paulatim, aut deprime regulam mobilé, quousque visum prius extremum b, quod longitudinem terminat per rimulas iterum possis intueri. Et quia partes tactæ ad vmbrã versam pertinét, erunt ad latus quadrati, vt latus e c, trianguli

e c b, ad latus c b, eiuſdem trianguli. Quare duc latus Quadrati in ſpatium a d, inter vtramque ſtationem interiectum, hoc enim æquale eſt lateri c e, per trigeſimam quartam propoſ. libri primi Elementorum, quæ eſt, Parallelogrammorum ſpatiorum æqualia ſunt inter ſe, ex aduerſo latera: eſt autem a c e d, parallelogrammum, & productum per partes tactas diuide, numerus quotus quantitatem lineæ c b, nimirum radij aſpectus primæ obſeruationis dabit. Quare cùm triangulum a c b, ſit rectangulũ, & in triangulis rectangulis Quadratum ex latere rectum angulum ſubtendente deſcriptum, æquale ſit quadratis, quæ ex lateribus rectum angulum cõtinentibus diſcribuntur, per quadrageſimam ſeptimam ptopoſ. libri primi Elementorum, Si quadrata laterum a c, & c b, accipias, minúſque à maiore ſubducas, eius quod relinquitut radix quadrata longitudinis a b quantitatem dabit.



Alia ratio metiendi longitudinem in plano, adiumento altitudinis, quæ longitudinem terminet.

Erige ita quadratum vt eius facies ſit finitoris ſuperficiei parallela, extendéque regulam mobilem ſuper vnum latus, & extremum longitudinis, cuius quantitas cognoſcenda eſt, in ſigno aliquo altitudinis per rimulas conſpice, conſpectum nota. poſtea ad latus recta ſecede, erectóque vt prius Quadrato, regulam mobilem attolle aut deprime, quoad ſignum prius obſeruatum, quo longitudo propoſita terminabatur, radius aſpectus, qui per rimulas defertur contingat. vide poſtea partes tactas, quæ ſi ad vmbram verſam pertineant, quam rationem habebunt ad latus Quadrati, eandem ad ſpatium inter duas ſtationes interiectum ad propoſitam longitudinem habere neceſſe eſt. Quare ſi latus Quadrati in ſpatium duxeris, & productum per partes tactas diuiſeris, numerus quotus longitudinis propoſitæ quantitatem dabit.


Si autem partes tactæ ſint vmbræ rectæ, quod rarò euenit: quia termini primę rationis conuertuntur, mutatúrque antecedenș in conſequentem, duc eas in ſpatium & productum per latus Quadrati diuide, numerus quotus quæſitam quantitatem dabit.

Quòd ſi loci anguſtia ita te premat, vt nõ poſſis recta ad latus ſecedere; erige Quadratũ ad perpẽdiculũ, cuius lat⁹ inferius ſit finitoris ſuperficiei paralle-

lum,atque altitudinis,quæ propoſitam longitudinem terminat,ſummitatem per rimulas aſpice, nota partes tactas,deinde recta retrocede , erectóque vt priùs Quadrato, iterum aſpice prædictam ſummitatem, notáque partes tactas, quæ ſi in vtraque ſtatione ad vmbram verſam pertineant, ſubducto numero minore partium à maiore, qui relinquitur ſit primus in regula trium,ſubductus verò ſecũdus, numerus autem partium interualli inter duas ſtationes comprehenſi, tertius, quem ſi in ſecundum duxeris,& productum per primum diuiſeris,numerus quotus propoſitæ longitudinis quantitatem dabit.

Sit longitudo propoſita a b,in cuius extremo ſit altitudo b d,erige ſupra punctum a, Quadratum ad perpendiculum, atque altitudinis ſummitatem in puncto d,per rimulas aſpice,nota partes tactas e f, poſtea retrocede vſque ad punctum c, atque erecto vt prius Quadrato eandem ſummitatem iterum aſpice,nata partes tactas g h:at quia omnes ſunt vnius vmbræ nempe verſæ, minorem numerum partium g h,è maiore e f, ſubſtrahe, qui relinquitur i f, ſit primus in regula trium,g h, ſecundus, & a c, tertius:vt enim f i,eſt ad h g, hoc eſt i e, ſunt enim f g, & i e,æqualium partium. eadem autem ad ęquales eandem rationem habet,per ſeptimam propoſitionem libri quinti Elementorum,ita c a,ad a b. Quod ſic demonſtratur ducta priùs per primam petitionẽ linea a i k,quæ erit per vigeſimam octauam propo-

ſitionem& quartam libri primi,lineæ c h d,parallella. Quare per ſecundam propoſitionem libri ſexti, quæ eſt, Si ad vnum trianguli latus ducta fuerit recta linea pararella, hæc ipſius trianguli latera proportionaliter ſecabit. vt eſt d k, ad k b, ita c a, ad a b: ſed vt eſt d k, ad k b, ita f i, ad i e. ergo per vndecimam quinti vt eſt f i, ad i e, ita c a, ad a b. Cuius demonſtrationis aſſumptio vera eſſe ex eo intelligi poteſt, quòd duo triangula a i f, & a k d, per vigeſimam nonam propoſitionem libri primi ſunt æquiangula. Quare per quartam propoſitionem libri ſexti Elementorum, vt eſt d k, ad k a, ita f i, ad i a. Et permutatim per decimam ſextam propoſitionem libri quinti, vt eſt d k, ad f i, ita k a, ad i a. Sunt & duo triangula a e i, & a b k, etiam æquiangula. Quamobrem vt eſt k b, ad b a, ita i e, ad e a, & permutatim vt eſt k b, ad i e, ita b a, ad e a. Sed b a, ad e a, per quartã propoſitionẽ libri ſexti Elementorũ eſt, vt k a, ad i a. Igitur per vndecimam propoſitionem libri quinti, vt eſt k b, ad i e, ita k a, ad i a. proximè autem demonſtratum eſt, vt eſt d k, ad f i, ita k a, ad i a. Quare per vndecimam propoſitionem libri quinti, vt eſt d k, ad f i, ita k b, ad i e. & permutatim vt d k, ad k b, ita f i, ad i e: quod erat demonſtrandum.




Si in viciniore ſtatione partes tactæ ad vmbram rectam pertineãt,in remotiore verò ad verſam, partes vmbræ rectæ ad partes vmbræ verſæ reduces.

At ſi ne retrocedere quidem concedatur,fige humi perticam ad perpendiculum , quæ in certas partes eáſque æquales diuiſa ſit :deinde fac duas ſtationes,vnam in inferiore perticæ parte , alteram in ſuperiore,& in vtraque, altitudinis , quæ propoſitam longitudinem terminat , ſummitatem per rimulas vide,auferque minorem numerum partium è maiore , & qui relinquitur ſit primus in regula trium,ſpatium inter duas ſtationes interiectum,numerus ſecundus,latus verò Quadrati numerus tertius,quẽ ſi in ſecundum duxeris, & productum per primum diuiſeris , numerus quotus longitudinis quantitatem dabit.Sit longitudo propoſita b a, cuius

ius quantitatem vestigare operępretium sit, fige humi in eius extremo b, perticam b h, ad perpendiculum, & in parte inferiore erige Quadratum, positóque oculo in b, attolle, & deprime regulam mobilē, quousque radius aspectus, qui per rimulas defertur, contingat summitatem altitudinis quæ in alteto extremo longitudinis sita est: nota partes tactas f g, quæ sunt 45. postea transfer Quadratum ad partem superiorem perticæ, positóque oculo in h, iterum prædictam summitatem per rimulas vide: nota partes tactas i k, quæ sunt 25. aufer deinde i k, ex f g, hoc est 25, ex 45. quæ relinquentur partes erūt f e, hoc est 20. quæ in regula trium primum locum obtinebunt, spatium b h, inter duas stationes interiectum, secūdum, latus verò Quadrati b g, tertium. vt enim est f e, ad b h, ita b g, ad b a. Duc igitur latus Quadrati b g, in spatium b h, trium partium æqualium, productum 180. diuide per f e, hoc est 20. numerus quartus propositæ longitudinis quantitatē dabit. Vt autē f e est ad b h, ita b g, esse ad b a, sic demōstrabitur. Dettahatur de maiore latere f g, portio æqualis lineæ i k, per tertiā propositionem libri primi Elementorum, sitque e g & e puncto b, per punctū e, ducatur linea b e d, per primā petitionē, erunt duo anguli i h k, & e b g, per quartam propositionem libri primi Elemētorum inter se æquales, totúsque angulus i h b, toti angulo e b s, per secun-


dam cõmunem ſententiam æqualis erit. Quamobrem duæ lineæ h c & b d, erunt per vigeſimam octauam propoſitionem libri primi Elementorum inter ſe parallelæ, eritque linea c d, per trigeſimam quartam propoſitionem libri primi Elementorum æqualis lineæ h b, quod primo loco demonſtrandũ erat. poſtea conſideremus duo triangula equiangula b f e, & b c d. item alia duo b e g, & b d a. Vt f e, eſt ad c d, ita per quartã propoſitionem libri ſext. Elementorum b e, ad b d. Sed b g eſt ad b a, per eandem propoſitionem vt b e ad b d. Ergo per vndecimam propoſitionem libri quinti, quæ eſt, Rationes, quæ ſunt eædem eidem, inter ſe ſunt eædem, vt eſt f e, ad c d, ita b g ad b a: eſt autem linea c d, æqualis ſpatio b h, inter duas ſtationes interiecto. Quare per ſeptimam propoſitionem libri quinti, quæ eſt, Æquales ad eandem, eandem rationem habent, & eadem ad æquales, vt eſt f e, ad h b. ita b g, ad b a, quod demonſtrare oportebat.



De dimensione altitudinis ad quam liberè acceditur.

Erige Quadratum ad perpendiculum, atque attolle & deprime regulam mobilem, quoúsque per rimulas tabellarum altitudinis propositæ verticem possis intueri. vide postea partes tactas, quæ si ad vmbram rectam pertineanr, quod accidit cùm spatium inter te & altitudinem interiectū hac minus est: duc latus Quadrati in prædictum spatium, productúmque per partes tactas diuide: numerus quotus addita ea altitudine, quæ inter planum & o-


culum tuum intercipitur propositæ altitudinis quãtitatem dabir. Sit altitudo proposita nempe turris a b, spatium autem ea minus a c, altitudo inter planum & oculum intercepta c d, & Quadratum ad perpendiculum erectum d e f o. cuius regula mobilis diuidat vmbram rectam f o, in puncto i, ducatúrque linea recta d h, ab oculo in turrim ad angulos rectos: describentur duo triangula i o d, & d h b, æquiangula, quorum latera circum æquales angulos sunt inter se proportionalia per quartam propositionem libri sexti: quare vt est i o, ad o d, ita d h, ad h b. Duc igitur latus Quadrati o d, in spatium d h, & productum diuide per partes tactas i o, numerus quotus quantitatem altitudinis h b dabit. Cui si addas altitudinem c d, quę inter planum c, & oculum d, intercipitur, habebis quantitatem turris a b, est enim altitudo c d, æqualis altitudini a h, per vigesimam octauam propositionem & trigesimam quartam libri primi Elementorum.



Si verò partes tactæ ad vmbram versam pertineant, quod accidit, cùm spatium proposita altitudine maius est: duc partes tactas in prædictum spatium, productúmque per latus Quadrati diuide, numerus quotus addita altitudine, quæ inter planum & oculum tuum intercipitur, turris quantitatem dabit.


At si regula mobilis inter vtramque vmbram cadat, altitudinem in æquali spatio metiris.

Cognita autem altitudine, & ſpatio inter eam & pedem menſoris interiecto lineam rectam vtriuſque extrema coniungentem, & angulum rectum ſubtendentem, quam ſcalam vocant, etiam cognoſces, ſi duo quadrata, vnum altitudinis, alterum prędicti ſpatij compoſueris, radicémque Quadratam acceperis. Cuius rei ratio ex quadrageſima ſeptima propoſitione libri primi Elementorum depromitur. Sit exempli gratia turris quantitas trium perticarum, ſpatium verò inter turrim & pedem menſoris interiectum, quatuor: due tria in ſe, tum quatuor numeri Quadrati erunt nouem & ſexdecim, quos ſi inter ſe compoſueris, numerus inde ortus erit 25. cuius radix quadrata, nempe quinque, ſcalæ quantitatem dabit.




De dimensione altitudinis ad quam liberè acceditur per suam vmbram.


Erecto ad perpendiculum Quadrato, accipe per quadrantem circuli in eo descriptum Solis altitudinem: quæ si sit quadraginta quinque graduum, regula mobilis inter vtramque vmbram cadet, eritque vmbra æqualis altitudini: proinde eam metire, & altitudinis propositæ quantitatem habebis.



Quòd si altitudo Solis hunc numerum graduum excedat, regula mobilis in vmbram rectam cadet, minórque erit vmbra altitudine proposita, ad quam eam rationem habebit, quam partes tactæ ad latus Quadrati: quare si latus Quadrati in vmbram altitudinis duxeris, & productum per partes tactas diuiseris, numerus quotus altitudinis quantitatem dabit.



Si verò altitudo solis minor sit quadraginta quinque gradibus, regula mobilis vmbram versam diuidet, maiórque erit vmbra altitudine proposita, cuius quantitas cognoscenda est, ad quam eam rationem habebit quam latus Quadrati ad partes tactas. Duc igitur partes tactas in vmbrā altitudinis productúmque per latus Quadrati diuide, numerus quotus altitudinis propositæ quantitatem dabit: cuius rei ratio petitur ex quarta propositione libri sexti elementorum Euclidis.




De dimensione altitudinis ad quam prohibetur accessus propter fossam, aut aquam circunstantem, aut aliud impedimentum.

Fac duas stationes, vnam in loco viciniore, alterã in remotiore. atque in vtraque erecto ad perpendiculum Quadrato propositæ altitudinis verticem per rimulas tabellarum intuere: nota postea partes tactas, quæ aut ad vmbram versam pertinent, aut ad rectam, aut in viciniore statione ad rectã, in remotiore verò ad versam. Si primum, quod sæpius euenit: diuide latus Quadrati sigillatim per partes tactas, minorémque numerum quotũ à maiore subducas, & per reliquum diuide spatium: inter duas stationes interiectum, numerus quotus addita ea altitudine, quæ inter planum & oculum tuum intercipitur, propositæ altitudinis quantitatem dabit.

Sit altitudo proposita a b, ad quã propter fossam circunstantẽ prohibeatur accessus sintq́; stationes

duæ, vna & vicinior in pũcto h, altera & remotior in pũcto d, atq; in priore statione partes tactæ sint 45. in posteriore 30. spatium vero h d, inter duas stationes interiectũ 10. perticarũ. diuide latus Quadrati, quod est 60. partiũ per 45. tũ per 30. minorémq; numerũ quotum $1\frac{1}{3}$, à maiore 2. subducas, relinquẽtur $\frac{2}{3}$. per quæ si spatium h d diuidas, numerus quotus addita altitudine d g, quæsitam quantitatẽ dabit. Cuius rei causa intelligetur ducta linea perpendiculari g e, in propositam altitudinem a b. tum enim in vtraque statione duo triangula æquiangula describentur, in viciniore quidẽ f c i, & f c b, in remotiore vero g o l, & g e b, quorum latera per quartam propositionem libri sexti Elementorum, quæ sunt circum æquales angulos, sunt inter se proportionalia: quare vt est g o, ad o l, ita g e, ad e b. & vt est f c, ad c i, ita f e, ad e b. quoties igitur g o, continebit o l, toties g e, continebit e b. & quoties f c, cõtinebit c i, toties f e, continebit e b. Quoties autem g o, cõtineat o l. cognoscemus, si diuidamus g o, hoc est latus Quadrati, quod est 60. partium per partes tactas o l, quæ sunt 30. numerus enim quotus, nempe 2. indicabit g o, bis cõtinere o l, toties etiam g e, cõtinebit e b; nam vt dictum est sunt eiusdem rationis. Præterea quoties f c, contineat c i, etiam intelligemus si diuidamus f c, latus Quadrati per partes tactas c i, quæ sunt 45. numerus quotus, nimirũ $1\frac{1}{3}$ significabit f c, semel continere c i, & tertiam eius partem. toties etiam f e, continebit e b: deinde subducamus minorem numerum quotum $1\frac{1}{3}$ à maiore


3,quod eſt ſubducere f e, a tota linea g e. relinquentur $\frac{2}{3}$. quæ eſt quantitas eius tationis, quam habet ſpatium f g, inter duas ſtationes interiectum, ad altitudinem e b. Itaque ſi ſpatium f g, quod eſt 10. perticarum per $\frac{2}{3}$ diuidamus, numerus quotus altitudinis e b, quantitatem dabit. nempe 15. perticas: vt enim ſunt 2. ad 3. ita 10. ad 15. quibus ſi addamus altitudinem menſoris d g, quæ per vigeſimam octauam & trigeſimam quartam propoſitionem libri primi Elementorũ, altitudini a e, æqualis eſt, totius altitudinis a b, quantitatem habebimus.



Quod ſi in vtraque ſtatione partes tactæ ſint vmbræ rectæ, quod rarò euenit, numerum minorem partium à maiore ſubduces, reliquúſque ſit primus in regula trium, numerus partium lateris Quadrati, ſecundus, ſpatium verò inter ſtationes interiectum, numerus tertius, quem ſi in ſecundum duxeris, &

productum per primum diuiseris, numerus quotus addita tua altitudine quantitatem propositæ longitudinis dabit. Sit altitudo proposita a b, partes autẽ tactæ in vtraque statione sint 30. & 55. subducantur 30. a 55. relinquẽtur 25. quæ in regula trium primum locum obtinebũt: latus Quadrati, quod est 60. partium, secundum: & spatium c d, 10. perticarum, tertium. Duc igitur 10. in 60. producentur 600, quæ si per 25. diuidantur, numerus quotus erit 24. qui quantitatem altitudinis i b, indicabit. Cuius rei causa facilè intelligetur, si faciamus lineam h k, æqualem lineæ g f nam erit p k, ad h d, vt spatium d c, inter duas stationes interiectum, ad altitudinem i b, quod sic demonstratur. d i, est ad i b, vt p h, ad h d, & b i, est ad i c, vt g c, ad g f: vel h d, ad h k, per quartam propositionem libri sexti Elementorum. Erit igitur per vigesimam secũdam propositionem libri quinti Elementorum d i, ad i c, vt p h, ad h k. & per decimam sextam eiusdem, erit tota d i, ad totam p h, vt i c, ad h k. eritque per decimam nonam eiusdem reliqua d c, ad reliquam p k, vt tota d i, ad totã p h. Si enim quemadmodum totum ad totum, ita ablatum se habuerit ad ablatum: & reliquum ad reliquum, vt totum ad totum se habebit, & per vndecimam eiusdem erit d c, ad p k, vt c i, ad h k, & permutatim erit d c, ad c i, vt p k, ad h k: sed c i, est ad b i, vt f g, ad g c, hoc est h k, ad h d. Quare per vigesimã secundam propositionem libri quinti, erit c d, ad i b, vt p k, ad h d. Itaque p k, primũ locum obtinebit in regula trium, h d, latus Quadrati secundum, &


ſpatium c d, inter duas ſtationes interiectum, tertiū, quod erat demonſtrandum.



Si verò partes tactæ in viciniore ſtatione ad vmbram rectam pertineant, in remotiore ad verſam: reduc omnes ad vnam vmbram, aut ad rectam, aut ad verſam, poſtea recurre ad prædictas regulas. Sit exempli gratia, altitudo a b, & partes vmbræ rectæ

30. totidémque vmbræ versæ, spatium verò inter duas stationes interiectum 21. perticarum, reduc partes vmbræ versæ ad partes vmbræ rectæ, habebis 120. à quibus subduces 30. vt minorem numerum partium vmbræ rectæ, reliquus numerus erit 90. qui primus erit in regula trium, numerus partium lateris Quadrati, secundus, spatium verò inter duas stationes interiectum, numerus tertius, quem si in secundum duxeris, & productum per primum diuiseris, numerus quotus altitudinis propositæ quantitatem nempe 14. perticas dabit.

At si partes vmbræ rectæ, ad partes vmbræ versæ reduxeris, diuide sigillatim latus Quadrati per partes vmbræ versæ quæ sunt etiam 30. & 120. quotientes erunt 2. & $\frac{1}{2}$. postea aufer minorem quotientem $\frac{1}{2}$. à maiore 2. & per reliquum numerum $1\frac{1}{2}$. diuide spatium h f, inter duas stationes interiectũ quod est 21. pertic. numerus quotus 14. pertic. pro quantitate propositæ altitudinis dabit.



Quòd si vnius vmbræ ad alteram reductio tibi molesta fuerit, duc partes tactas in se inuicem, productúmque aufer ex producto lateris Quadrati in se ducti, reliquus numerus sit primus in regula triũ, & qui producitur ex ductu vmbræ versæ in latus Quadrati, secundus, spatium verò inter duas stationes interiectum, numerus tertius: quem si in secundum duxeris, & productum per primum diuiseris, numerus quotus quęsitam quantitatem dabit. Cuius rei ratio ex his, quæ sequuntur intelligi poterit. Est enim h b, ad b a, vt h g, ad g l: & b a, ad b f, vt f d, ad d c, per quartam propositionem libri sexti Elementorum. Quare ratio h b, ad b f, composita erit ex rationibus h g, ad g l, & d f, & d c, quæ ratio composita, est vt quadratum lateris g h, ad rectangulum, quod sub g l, & d c, continetur, per vigesimam tertiam propositionem libri sexti, quæ est, Æquiangula parallelogramma inter se eam rationem habent, quæ ex rationibus laterum componitur. Sed quadratum lateris g h, ad rectangulum, quod sub g l, & d c cõtinetur, quadruplum est, linea igitur h b, ad lineam b f, quadrupla erit: etírque h f ad f b, vt differentia Quadrati g h, ad rectangulum sub g l, & c d comprehensum, ad idem rectangulum. Nunc verò quia f b, ad b a, rationem habet, quam c d, ad d f, quę est sicut ratio rectanguli sub c d, & l g, comprehensi, ad rectangulũ, quod ex f d & d c, describitur, per primam propositionem libri sexti Elementorum: sed rectangulum ex d f & d c descriptum, duplum est ad rectangulum, quod sub d c & l g, continetur.

Linea igitur a b, dupla erit ad lineam b f: quamobrē h f erit ad b a, vt differentia Quadrati h g, ad rectangulum, quod sub c d, & l g, continetur, ad rectangulum ex d f, latere Quadrati, & partibus vmbræ versæ g l, descriptū. Ex quibus efficitur si partes tactas in se inuicem duxeris, item latus Quadrati in se, minorémque numerum productum è maiore sustuleris, reliquum numerum primum locum obtinere in regula trium, productum verò ex ductu partium vmbræ versæ in latus Quadrati, secundum, spatium verò inter duas stationes interiectum, tertium.

De dimensione altitudinis, quæ in vertice montis sita est.

Accipe è proximo plano cum duplici statione simul & altitudinis & montis quantitatem: deinde montis seorsum, quam à tota quantitate subducas: quæ relinquitur, altitudinis in vertice montis sitæ quantitas est.

De dimensione minoris altitudinis ex maiore.


Primum demisso funiculo accipe maioris altitudinis quantitatem ab oculo videlicet ad planum, qua cognita erige Quadratum in eius vertice ad perpendiculum, ita vt eius latus, & altitudo sint in directum: obserua postea per rimulas tabellarum minoris altitudinis radicem: vide partes tactas, quæ si ad vmbram versam pertineant, primum locum sibi vendicabunt in regula trium: latus Quadrati, secundum: maioris verò altitudinis quātitas, tertium. Si verò ad rectam: conuerte terminos primæ rationis,

nis,atque duc tertium in ſecũdum, productúmque per primum diuide, numerus quotus quantitatem interualli inter duas altitudines interiecti dabit.qua cognita,immoto Quadrato minoris altitudinis verticem per rimulas obſerua,vide partes tactas: quę ſi ſint vmbræ verſæ, duc eas in quantitatem interualli inter duas altitudines interiecti proximè cognitam, productum diuide per latus Quadrati. Si verò ſint vmbræ rectæ, duc latus Quadrati in prædictam quantitatem, & productum per partes tactas diuide,quartúmque numerum proportionalẽ à tota quantitate maioris altitudinis auferas: reliquus numerus minoris altitudinis quantitas erit.

De dimenſione rectarum linearum,quæ in profundum depreſſæ ſunt.

Quoniam,qui puteos & foſſas,quibus vrbes circundantur metiri nouerit, omnes lineas rectas in profundũ depreſſas facilè metietur: idcirco puteorum & foſſarum metiendarum rationem tãtùm explicabimus.Sit itaque puteus forma quadrãgulari b c f g,cuius profunditatem cognoſcere oporteat. Erige Quadratum ſuper latus b g,in rectum,lateris orificij putei b e, ſitque latus etiam a b, in rectũ ipſius b g:poſito deinde oculo in a, circumferas regulam mobilem,quouſque per rimulas tabellarum viſibilem & inferiorem putei terminum ex altera parte conſtitutum videre poſſis: obſerua partes tactas b h, quæ quia ad vmbram rectam pertinent, primum locum obtinebunt in regula trium, latus Quadrati a b, ſecundum, orificium

putei b e, tertium. Quam enim rationem habent partes tactæ b h ad latus Quadrati b a, eandem g f, aut b e, habebit ad profunditatem a g, vt ex vigesima nona propositione & quarta petitione libri primi Elementorum, necnon quarta propositione libri sexti intelligi potest. Duc igitur latus Quadrati in orificium putei, & productum diuide per partes tactas, numerus quotus subducta Quadrati quantitate, putei profunditatem dabit.




De dimensione fossarum, quæ figuram quadrangularem referunt.

Accipe per duas stationes fossæ latitudinem, deinde erecto in eius extremitate ad perpendiculũ Quadrato, intuere inferiorem eius partem ex altera parte constitutam, vt in puteis. vide partes tactas: quæ si ad vmbram versam pertineant, duc eas in latitudinem fossæ, productúmque per latus Quadrati diuide. Si verò ad rectã: duc latus quadrati in prædictam latitudinẽ, & productum per partes tactas diuide, numerus quotus subducta quadrati quantitate fossæ profunditatem dabit.

De dimensione fossarum, quæ figuram triangularem referunt.

Accipe vt priùs, per duas stationes fossæ latitudinem, deinde dorsi pendentis lõgitudinem: cuius & dimidię latitudinis si quadrata acceperis, minúsq; à maiore subduxeris, eius quod relinquitur radix fossæ profunditas erit. Sit exẽpli gratia, data fossa d e f, cuius profunditatem e g, vestigare operæpretium sit: accipe per duas stationes eius latitudinem d f quæ sit 6. perticarum, deinde dorsi pendentis d e, longitudinem, quæ sit 5. perticarũ: dimidię latitudinis d g: quadratum, erit 9. Item dorsi pẽdentis, 25. à quo si prius subduxeris, relinquentur 16. cuius numeri radix quadrata, nempe 4. fossæ profunditatẽ e g, dabit. Cuius rei ratio ex quadragesima septima

propoſitione libri primi Elemētorum petitur, quæ eſt, In triangulis rectangulis Quadratum, quod ex latere rectum angulum ſubtendente deſcribitur, æquale eſt quadratis, quæ fiunt ex lateribus rectum angulum continentibus. eſt enim d g e, triangulum rectangulum.



AD LECTOREM.

Ne librum ſpernas, quem paruo corpore cernis.
Sæpius in paruo corpore magna latent.

FINIS.

A interpretari, si illis largiremur prophetam hoc cap. vaticinatum esse de bello Assyrio, & cuilibet arbitro fortasse probaret suam caussam nisi Paulus esset interpretatus. Nam si de bello Assyrio prædictum est, reliquiæ illius belli viderentur esse intelligendæ, intelligit Paulus reliquias vastitatis quæ inuecta est vrbibus Iudeę temporibus euangelicis: vastitas ergo quæ inuecta est Iudææ temporibus Euangelicis descripta est vsque adhuc. D. Paulus citat hunc locum iuxta interpretationem Lxx virorum, & notandum est, hunc locum esse ex illorum numero, quæ Lxx non vertunt ad verbum, sententiam expressisse contenti, & tamen citatur à D. Paulo ad Hebræos 9. quod tamen Lxx dixere, si fuerit populus Israël, significantius, & plane magis dixit D. Paulus: Si fuerit numerus filiorum Israël, quod solent apostoli; & Euangelistæ explicare verba scripturæ. EVSEB. lib. 2. demonst. Euãgel. cap. 40. duo promissa Dei inquit ad Abraham extant, quod erunt eius posteri, vt stellæ cœli, & quod erunt vt arena maris: stellis cœli comparati sunt prophetæ, apostoli, fideles, de quibus Dominus: Vos estis lux mũdi: terrigenę, i. proni in res caducas, arenæ maris comparantur quod prorsus terrena, & humilia
B spectent, rerum cœlestium expertes, quæ multitudo describitur peritura. Idem ait ORIG. in cap. 9. Pauli ad Rom. Eodem verba D. Hieron. spectant, Chrysostomi, Theophylacti, Ambrosij & D. AVGVS. de ciuitate Dei lib. 18. cap. 46. & quæstionũ super Genesim lib. 1. quæst. 148.

Lxx viri citantur à D. Paulo, citã cum nõ reddũt ad verbũ lectionẽ Hebræam.

D. HIERONYMS.	*LXX VIRI.*
Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam.	Verbum consummans, & abbreuians in iustitia.

Paulus quoque hęc de temporibus Euangelicis interpretatur; & de reliquijs quæ saluę factæ sunt, quod certè non liceret, si propheta Assyria bella tractasset hoc cap. Nam quod aiunt, habita mentione reliquiarum decem tribuum, transijsse prophetam ad alias reliquias, mea quidẽ sententia, magno cachino prosequerentur Iudęi, si illis largiremur quod veteres non largiuntur, vt ostẽdi, superiora omnia belli Assyrij fuisse prædictiones. Lxx viri hunc locum non vertunt ad verbum, sed sensum exprimunt, & tamẽ D. Paulus ad Rom. 9. iuxta tralationem Lxx virorum hunc locum citat, & est ex eorum numero, quæ apostoli citant
C etiam cum non sint ad verbum reddyta à Lxx viris ...

Lxx viri citantur à D.

Assyrijs esse dicta,& nō de temporibus euangelij. Nā ecce postquam interpretatus est D.Pau- A
lus & omnes sancti hunc locum de euangelio, audent Vatablus & Pagninus & alij, sua tralatio
ne hæc, ad vastitatem Assyriorum referre, & aliter interpretari quàm D.Paulus, & omnes san
cti patres. Refellenda tamen Iudæorum sententia est, ne ea occasione quidam ruant ad Iudaiś-
mum, & quidam audeant contra D.Paulum scripturam interpretari, qua de re paulò pòst di-
cendum erit latiùs.

Erasmus, nescio cur suspectos faciat Orig.& Ambros. quasi in hoc loco Pauli ignorauerint
ita dictum esse, Verbum consummans, vt consummans nominandi casu esset, verbum verò ca
Defenduntur Origenes & Ambros. aduersus Erasmū su accusandi, vt esset sensus: Dominus consummaturus est, & breuiaturus verbum.i.sermoné
euangelicum, cùm nulla aut in Ambros. aut in Orig. sit talis suspicio, nam AMBR. interpretās
hunc locum Pauli inquit: Saluari reliquias promittit per verbum quod iustè definiens abbre-
uiabit Dominus super terram. In præfatione verò in epist. Pauli ad Galat. Verbum consum-
mans, intellexit, vt esset, consummans.i.finiens: verbum.i.legem. Subijcit enim: Si hæc intelli-
gerent Iudæi, à lege recederent, scientes, à prædicatione Ioannis Baptistæ legem cessare, vt so- B
la fides, quę ex dilectione operatur, sufficiat ad salutē, abbreuiata ex lege: quo loco sic intelle
xit hęc verba Ambr. consummans sermonē siue verbū, finem imponens sermoni siue legi: &
breuians, redigens in breuitatē euangelij, vt TERTVL. etiam aduers. Marc. li.4. Verbū, Con-
summans (inquit) præceptorū fecit grande compendium. & ORIG. in hunc locum, Verbum
breuiatū (inquit) faciet Dn̄s super terram: vbi planè scribit Orig. Dominus faciet verbū: quasi
quicquā intersit vtrum dicas, Dn̄s consummabit verbum, & breuiabit: an, Dn̄s faciet verbum
breuiatum, & consummatum, vt dictum est. AVGVST. magis erat accusandus, qui vtrunq;
hoc, verbum consummans, non casu accusandi, vt putat Erasmus, sed nominādi casu esse cen
set, verbum consummans, & breuians.i. verbum quod consummatos facit, & compendio fidei
saluos facit credentes. Et CYPR. aduersus Iudæos lib.1. Verbum consummans, & breuians
in iustitia, Christum esse putat. Et sermone. 6. de oratione Dominica, Verbum (inquit) con-
Castigatur lectio LXX virorum, summans, & breuians, dominus noster Iesus Christus est, qui omnibus venit Dei sermo. Hos
accusa Erasme, quòd vtrunque nominandi casu protulerint, non accusandi. Et ANACL. epi-
stola.2. decretal. tom. 1. Concil. hunc locum nouo quodam modo interpretatur, vt, Verbum C
... pro Christo incarnato accipiat, vbi non diminutio deitatis in Filio significetur,

[illegible]
racum appellat. Sed caue, ne sanctis patribus cupiens illidere dentem offendas solido. Nam hi patres ita interpretantur, vt D. Hieron. cuius tralatio tota nominandi casu est, Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Sed vt hoc planum fiat, notandum est deesse in tralatione Lxx virorum, verbum vnum quod reponendum est ex lectione Hebræa, legendumque, Verbum consummans, & breuians, exuberans iustitia. Hebraicè enim est שוטף, inundans, exuberans, vt sit. Verbum consummans, & abbreuiatum, exuberans iustitia: vndè intelliges, diuinitùs hunc locum explanatum ab August. & Cypriano, pro Christo, qui verbum patris est, consummans, & perficiens legem, & breuians eam: quia finis, & terminus legis est, & omnes solennitates, & ceremoniæ typi eius fuerint, vt Christus fuerit recapitulatio, quod inquit IREN. & abbreuiatus sermo omnium sacrificiorum, omnium cęremoniarum, exuberans gratia. i. plenũ gratiæ & veritatis: quæ eadem est interpretatio tralationis D. Hieron. Christus enim est consummatio legis abbreuiata, qui est terminus & veritas omnium figurarum veteris legis: inundabit iustitiam. i. plenus erit gratiæ, vt de plenitudine eius omnes accipiamus. Sed quęrendum videtur, cur D. Paulus hoc verbum non posuerit, cùm tantam habeat emphasim, Verbum consummans, & breuians iustitia exuberans. i. qui gratiam non accepit ad mensuram. Diximus suprà, apostolos & euangelistas, cùm citãt loca scripturę citare necessaria, omittere media (quod sæpè rependum est, & exemplis confirmandum) cùm duo sunt verba obscura, alterum vertere, alterum omittere, quòd ei loco de quo agitur non conueniret, & interpretari alibi. Hoc igitur verbum Hebræum, significat plenitudinem gratiæ Christi, de qua non agebatur hoc loco. Nam ita ferè citant apostoli loca scripturæ, vt ea interpretentur, sed de hac re, inquam, posteà dicendum est latiùs.

Erasmi lapsus. *Dubiam* *Mos Apostolorum.* D

Sed quid iuuat hoc, ecce è transuerso sese fert Vatablus, quasi dicens nihil tale significat, sed quod Dominus vult perdere Iudæos, idque iusto iudicio: accedit huic socius Pagninus, qui ad præscriptum R. Dauid in libro Radicum, hunc locum interpretatur, vt eius tralatio præferat

sensum